



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Agenda S. Coloniensis Ecclesiae. Hoc Est: Liber Pastoralis**

**Ferdinand <Köln, Erzbischof>**



**Coloniae Agrippinae, 1614**




Ordo baptizandi infirmum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39761**




ORDO BAPTIZANDI  
infirmum.

NOTAE

- I.  A sacerdos ad baptizandum infirmum vocatus diligenter obseruet, num instans & subitum mortis periculum timeatur.
- II.  Hoc casu prudenter consideret an orationes vllas præmittere ratio periculi permittat.
- III. Si moram mors imminens non patitur, nullo alio præmisso statim ad baptismum procedat.
- IV. Solum interroget, num quisquam circa ægroti baptismum aliquid attentarit.
- V. Si nihil actum, de nomine quærat, & aquâ etiam non consecratâ, si consecrata desit, caput infirmi ter aspergendo dicat:

**N.** Ego te baptizo in nomine Pa  tris, & Fi  lij, & Spiritus  sancti.

- VI. Si tentatum quidem aliquid, sed dubium est num rectè factum sit, securius fuerit, si caput ter aspergendo dicat:

**N.** Si es baptizatus (baptizata) non te rebaptizo, sed si non es baptizatus (baptizata) ego te baptizo in nomine Pa  tris, & Fi  lij, & Spiritus  sancti.

Quod si mortis periculum timeatur quidem, sed non adeò vehementer vrgeat, tum sexu infantis inuestigato Sacerdos cruce se signet ac à Patrinis petat.

Begert



Begert ihr daß diß Kindt getaufft werde?

Responsio Patrini.

Ja Herr.

Deinde Sacerdos.

Nennet das Kindt. Responsio N.

Sacerdos.

Antwort mir von wegen des Kindts auff folgende Fragen.

**A** brenuncias Satanæ? ( **vel Germanicè** ) Wies  
der sagst du dem Teuffel?

Patrinus.

**A** brenuncio, **vel**, Ich wieder sage.

Sacerdos.

**E** t omnibus operibus eius? **vel**, Vnd allen seinen  
Wercken?

Patrinus.

**A** brenuncio: **vel**, Ich wieder sage.

Sacerdos.

**E** t omnibus pompis eius? **vel**, Vnd aller seiner  
Pracht?

Patrinus.

**A** brenuncio : **vel**, Ich wieder sage.

Mox de fide Sacerdos roget.

**C** redis in Deum Patrem, omnipotentem  
creatorem cœli, & terræ? **vel**.

E 3

Glaubs



**Ordo baptizandi infirmum.**

Glaubs du in Gott Vatter / Schöpffer Himmels / vnd der Erden?

**Responſio Patrini.**

**C**redo, **vel,** Ich glaube.

**Sacerdos.**

**C**redis in Iesum Christum, Filium eius vnicum Dominum nostrum, natum & passum? **vel,**

Glaubs du in Iesum Christum / seinen einigen Sohn / vnsern Herrn / der geboren ist / vnd gelitten hat?

**Patrinus.**

**C**redo. Ich glaube.

**Sacerdos.**

**C**redis & in Spiritum sanctum, sanctam Ecclesiam Catholicam, Sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, & vitam æternam?

Glaubs du in den heiligen Geist / ein heilige allgemeine Kirch / Gemeinschaft der Heiligen / Vergebung der Sünden / Auferstehung des Fleisches / vnd ein ewiges Leben?

**Patrinus.**

**C**redo. Ich glaub.

**Tunc exsufflet sacerdos ter in faciem baptizandi, & dicat:**



**Ordo baptizandi infirmum.** 39

**i.** Exi Satana da honorē Deo viuo & vero.

**Ex-2.** Exi immunde spiritus, da honorem Iesu Christo Filio eius Domino nostro.

**flet.3.** Fuge immunde spiritus, da locum Spiritui sancto Paracleto.

*Deinde faciat crucem pollice dextro in fronte baptizandi, dicens:*

**Signum crucis** ✠ **Domini nostri Iesu Christi** in frontem tuam pono.

*Similiter & in pectore.*

**Signum crucis** ✠ **Domini nostri Iesu Christi** in pectus tuum pono.

*Postea nominato infantis nomine, modicum salis benedicti in oseius mittat, dicens:*

**N.** Accipe salem sapientię, vt propitius tibi sit Dominus noster Iesus Christus, in vitam æternam, Amen.

*Deinde hanc orationem subijciat.*

**M**Edelam tuam deprecor Domine sancte Pater, omnipotens æterne Deus, qui subuenis in periculis, qui temperas flagella, dum verberas. Te ergo Domine suppliciter exoramus, vt hunc famulum tuum (**hanc famulam tuam**) **N**eruas ab hac infirmitate, vt non præualeat inimicus vsque ad animæ tentationem,



nem, sicut in Iob ei terminum pone, ne inimicus de anima ista sine redemptione baptismatis incipiat triumphare. Differ Domine exitum mortis, & spatium vitæ extende, & perducas eum ( *eam* ) ad gratiam baptismi tui, per Christum Dominum nostrum, Amen.

Hic Sacerdos tenens manum super caput infantis, cum astantibus recitet symbolum Apostolorum, & orationem Dominicam. Tunc Patris puerum instituendum committat. Quibus ita peractis rursus manu capiti baptizandi imposita sequentem exorcismum dicat:

### Exorcismus.

**N**ec te lateat Satana imminere tibi poenas, imminere tibi tormenta, imminere tibi diem iudicij, &c. *vt supra fol.*

Cæteraque quæ ibi sequuntur vsque ad finem legat atq; peragat.

**NOTA** Meminerit tamen sacerdos, quòd si interim casus incidat subitus, ex quo certum sit vitæ periculum, statim esse ad actionem baptismationis procedendum, atque vt superius notatū est, si nihil circa infirmi baptismum sit actum, simpliciter baptizandum esse: sin verò dubitetur, an rectè factum sit, sub conditione.

**II.** Illud diligenter sacerdoti prouidendum, ne quicquam dicat aut faciat, quando infantem expirasse compertum habet,



## Ordo baptizandi in firmum.

41

habet, omnia si quidem quæ in baptismo leguntur, & aguntur ex Christi & Ecclesiæ instituto ad viuos tantum pertinent.

Est & hoc studiosè obseruandum, quòd si infantem in necessitate baptizatum mortis periculum euadere contingat, tum ea, quæ prætermissa sunt supplenda esse, ita quidem vt in orationibus, adiurationibus seu Exorcismis præscriptis, quæ supplendæ sunt, quoties fit mentio doni seu gratiæ baptismi, id referatur ad gratiam vberiore[m] ampliore[m]que doni effectum reliquo vitæ decursu percipiendum, cum infantem legitimè baptizatum gratiam baptismalem consecutum esse dubitari non debeat. Idem de expulsion[e] Satanæ iudicium esto. Sicubi enim eius fit mentio, ad perfectiorem eius eiectionem Sacerdos intentionem suam referet, quando quidem regenerationis gratia, D. Augustino teste, quæ per sacrum lauacrum datur, vsque in finem vitæ cuncta mala purgat, & sanat.

XII.

*Aug. lib. i.  
de nuptijs  
concupiscen-  
tia cap. 28.*

**MODVS OBSERVANDVS**  
circa eos, qui ab hæreticis aut schismaticis sine  
vfitatis in Ecclesia Catholica, iam inde à  
temporibus Apostolorum cære-  
monijs baptizati sunt.



Voniam supra in documentis baptismum confe-  
rendi ordinè antecedentibus documento XXVIII.  
& XXIX. dictum est, eos qui in mortis periculo à  
laicis vel sine solennibus cæremonijs sunt baptizati, in Ec-  
clesiam

F

clesiam